CODICIS DN. IVSTINIANI SACRATISS. PRINCIPIS, EX REPETITA PRAELECTIONE

TOMVS SECVNDVS,

Continens ſeptem poſteriores libros.

IN VIRTVTE, ET FORTVNA.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

LVGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillium,
ſub ſcuto Veneto.

1571.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS PP. A. repetitæ prælectionis Liber ſextus.

TIT. I.

DE SERVIS FVGITIVIS, & libertis mancipiiſque ciuitatum, artificibus, & ad diuerſa opera deputatis, & ad rem priuatam vel dominicam pertinentibus.

Fuga ſeruum afficit, vt vſucapi vel præſcribi non poſſit. Bald.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. Aemiliæ.

SEruum fugitiuum ſui furtum facere, & ideo non habere locum nec vſucapionem, nec longi temporis præſcriptionẽ, manifeſtum eſt, ne ſeruorum fuga dominis ſuis ex quacunque cauſa fiat damnoſa. S. Idib. Decemb. Maximo II. & Aquilino Conſſ.

ANTONII CONTII CHRONICI CANONES.

CERTISSIMA DEMONSTRATIO primæ hominũ ætatis & temporis quod fluxit à mundi initio vſque ad totius orbis terrę diluuium, ex 5. cap. Geneſeos, iuxta editionem LXX. & Hebraicam.

PRIMA ÆTAS.

ADAM protoplaſtus & primogenitus omniũ hominum, cunctarum artium & literarum & diſciplinarũ primus, & ſummus inuẽtor, omnium animalium, arborum, herbarum & naturarũ, cuiuſq; primus nomenclator, & optimus nominum impoſitor, à cuius perfectione, naturali temperamento, intellectu, & cæteris animi dotibus multum aberrauit omnis poſteritas, primum temporis numerum ex annorum vitæ ſuæ computatione, velut quidam Monarcha & conſul edidit, nempe totis 230. annis, ſecundum LXX. *vel 130. ſecundum Hebr. quibus nondum ſucceſſorem ediderat. nam his annis cõpletis edidit Seth ſucceſſorem & filium, qui ſimul ac natus eſt,*

ANNO MUNDI.	
Secũdũ lxx. interpre.	Secũdũ Hebr. editionem.
230	130